

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Ecclesia r  
cum fonte primo

Tria possumus assignare tabernacula,  
scilicet materiale, misticum et morale;  
id est tabernaculum Moysi, tabernaculum Christi,  
tabernaculum cuiuslibet iusti.  
Tabernaculum Moysi fuit  
ex diuersis generibus ornamentorum conueniens structura,  
tabernaculum Christi est ecclesia,  
tabernaculum iusti quelibet fidelis anima.  
Vnum fit ex lignis imputribilibus,  
aliud ex sanctis animabus, tertium ex donis et uirtutibus.  
Moyses suum erexit in heremo, Christus in mundo,  
iustus in animo; omnes tamen in deserto edificauerunt.

Hugo libro III. de claustro anime.

Tria possumus assignare tabernacula,  
scilicet materiale, mysticum et morale,  
id est tabernaculum Moysi, tabernaculum Christi,  
tabernaculum cuiuslibet iusti.  
Tabernaculum Moysi fuit  
ex diuersis ornamentorum generibus conueniens structura.  
Tabernaculum Christi est Ecclesia.  
Tabernaculum iusti quaelibet fidelis anima.  
Unum fit ex lignis Setim imputribilibus,  
alterum ex sanctis infatigabilibus, tertium ex uirtutibus.  
Moyses suum in eremo erexit, Christus in mundo,  
justus in anima, omnes tamen in deserto aedificauerunt.

Hugo de Folieto, *De claustro animae libri quatuor*, 3.4  
(PL 176, col.1090D-1091A).